



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quòd nulla oratio exauditur, nec sacrificiu[m] aut opus Deo placet, vbi retinetur inuidia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

perhibent, &c. & ibidem 15 cap. Gratia domini nostri Iesu Christi credimus nos saluari. Igitur hanc satisfactionem & indulgentias exigit à nobis Deus, Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, 1 Ioan. 2. Sed non erit in nobis efficax, nisi & nos remiserimus.

Vbique testatur scriptura, nec orationem nec opus aliquod nostrum esse efficax coram Deo, nisi dimisso debito Marc. 11. cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in caelis est, dimittat vobis peccata vestra: quod si vos non dimiseritis &c. Sacrificiū Cain, qui inuidebat fratri suo, Deus non respexit, Gene. 4. Neque munus altaris vult, fratre irreconciliato, Matt. 5. Rogandus est Deus pro duplici gratia: Primò, vt nobis remittat debita: eo enim omnes indigemus: deindè, vt donet nobis gratiam & adiutoriū suū, vt quoque proximo nostro possimus indulgere, alioqui nostra natura tarda est & tenax. Exemplo igitur Christi qui in cruce orauit pro crucifixoribus, vt pater illis dimitteret, Lucæ 23. & nos dimittere debemus, sicut Christus docet benefacere & orare pro inimicis, Matthæi. quinto. vt simus filij patris qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & donat pluuiam &c illum patrem caelestem sequi debemus, non terrenū. qui sepe occasionē dat vindictæ & odij &c. Et quoniam Christus omnes iubet orare & petere dimissionem peccatorum & omnes sancti hanc orationē vsurparunt, & etiā dimiserunt debita proximis suis: sic & nos facere debemus, neque aliquis se factum existimet, quasi non habeat delicta: reliquæ enim peccatorum hærent in carne, etsi spiritus sit sanctus fide, quare & omnes homines sancti orarunt sibi dimitti delicta. Et nos quoque omnes debemus, ne nobis imputet Deus, sed condonet pro sua misericordia, &c.

DE